Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

conburens montes Ita perseque
ris illos in tempestate tua et in ira
tua turbabis eos. Impleas facies eorum ignominia et quaerent
nomen tuum domine. Erubescant et conturbentur in saeculum saeculi et confundantur et pereant. Et
cognoscant quia nomen tibi
dominus tu solus altissimus super
omnem terram

Quam
dilecta tabernacula
tua domine virtutum
concupiscit et deficit anima mea
in atria domini. Cor meum et
caro mea exultaverunt in deum vivum
Et enim passer invenit sibi do
mum et turtur nidum ubi reponat
pullos suos. Altaria tua dom
ine virtutum rex meus et deus meus
Beati qui habitant in domo tua do
mine in saecula saeculorum laudabunt
te. Beatus vir cuius est auxilium
abete ascensiones in corde suo dis
posuit in valle lacrimarum in lo
co quem posuit. Et enim benedic
tionem dabit legislator ibunt de vir
tute in virtutem videbitur deus
deorum sion. Domine deus
virtutum exaudi orationem meam
auribus percipe deus iacob. Pro
tector noster aspice deus et respice
in faciem christi tui. Quia melior
est dies una in atriis tuis super mil
lia. Elegi abiectus esse in domo
dei mei magis quam habitare in tab
ernaculis peccatorum. Quia misericor
diam et veritatem diligit deus gratiam
et gloriam dabit dominus. Non
privabit eos bonis qui ambulant
in innocentia domine virtutum
beatus homo qui sperat in te

Benedixisti
domine terram tuam
avertisti captivitatem iacob
Remisisti iniquitatem plebis
tue. operuisti omnia peccata eorum.
Mitigasti iram omnem tuam avertisti
a ira indignationis tue. Convertere nos deus salutaris noster
et avertere iram tuam a nobis
Nun quid in aeternum irasceris no
bis aut extendes iram tuam a saeculo in saeculum
Deus tu conversus vivificabis nos et plebs tua laetabitur
in te. Ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum
da nobis. Audiam quid loquatur in me dominus deus quoniam
loquetur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos et in eos qui
convertuntur ad cor. Verumtamen
prope timentes eum salutare ipsius
ut inhabitet gloria eius in terra nostra.
Misericordia et veritas obviaverunt sibi
iustitia et pax osculatae sunt. Veritas de terra orta est et iustitia de celo pro
spexit. Et enim dominus dabit benignitatem
et terra nostra dabit fructum suum
Iustitia ante eum ambulabit et
ponet in via gressus suos
Inclina domine
aurem tuam et exaudi me quoniam
inops et pauper sum ego. Custodi
animam meam quoniam sanctus
sum. salvum fac servum tuum deus
meus sperantem in te. Miserere mi